

interiisse ex græcis autoribus cōstat. ubi nō solū historias
 varias varii omnino autores scripsere, sed aut ipsi quoque,
 aut alii id egere, ut earum gentium cognitæ essent res,
 regesque, bella, & loca, urbes, populiq; non modò, sed &
 lingua. Atq; hinc est, quod multa ubiq; in vetustate apud
 Herodotum, Appianum, Herodianum, Heliodorum,
 Galenum, Firmicum, Florū, Thucydidem, Xenophontē,
 Frontinum, Ciceronem, Tacitum, Ammianum Marcelli-
 num, Stephanum de urbibus, Phocium in bibliotheca,
 Dionysium Halicarnasseum, Plutarchum, Dionem, Dio-
 dorum, Dionysium *τὸν παρασημασιανόν*, Diogenem Laertium,
 Macrobiū, Pomponium Melam, Plinium, Solinum,
 Pausaniam, Athæneum, Senecā, Ptolemæum, Polybium,
 innumerosq; alios Græcos pariter & Latinos antiquissimos
 quoque ad posteriora usque sæcula, de linguis & Idio-
matibus Orientis sparsa sint: & infinitis locis apud hos &
alios non obiter, sed ex professo res pariter & linguæ O-
rientales Ebraica, Chaldæa, Syra, Arabica, Punica, Persi-
ca, Ægyptiaca, Æthiopica aliæque tractentur. Vt taceam
 Glossas, Glossaria, Dictionaria, Lexica, pro variis arti-
 bus ac scientiis alia aliaque, Latino-Græca, Græco-La-
 tina, Arabico-Græca, Græco-Arabica, Saracenicò-Græ-
 ca, Græco-Saracénica, aliaque medica, chemica, iatri-
 ca, botanica seu herbaria, & quæ alia à possessoribus, à
 tempore, antiqua, recentia, aliaque barbara, & si quæ à
 bibliothecis, regnis, aut suis autoribus celebrantur, &
 quæ tandem à bonitate, vel medi coloris, aut infima, &
 non omnino contemnenda admittuntur, quorum om-
 nium infinita ubique materia, & sylva. Si ista conferre, si
 colligere omnia velimus, id nec unius hominis etiam
 diligentissimi & ferrei, multorumq; voluminū opus foret,
 tam læta ac subnascens sub ipsis manibus seges universis
 anti-

anti-